



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 51. Paschasii Ratberti Scripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

§. LI.

Sæculum IX.

A. C. 859.

*Paschasi Ratberti Scripta.*

Quantum spectat ad errorem de Evcharistia, de quo Hincmarus loquitur, eum Joannes Scotus docuisse creditur. Liquido enim constat, ipsum de hoc argumento contra Paschasium Ratbertum librum scripsisse, post annos deinde circiter ducentos in Concilio Vercellensi anno 1050. damnatum. Hic liber Joannis Scoti non amplius superest; aliud vero habemus Opus celebratissimum Ratrami Monachi Corbejensis, & duo alia Scripta illius ævi, non apposito Auctoris nomine. Non nesciebat Paschasius Doctrinam suam a quibusdam oppugnari; hinc in Libro suo duodecimo in S. Matthæum, annis plusquam viginti post Tractatum suum de Evcharistia edito, occasione illorum verborum: *Hoc est Corpus meum*, dicit: *fusus de hoc argumento differui, quia ad me perlatum est, quod a non nullis arguar, me in libro meo plus his verbis tribuere voluisse, quam ipsa Veritas promittat, timentibus forsan, quod illi timuerunt, quibus JEsus Christus loquebatur, ne ejus Corpus frustatim concidere intenderem. (\*)*

*Mabil. præf.**to. 6. Act.**n. 131. 132.**Lanfr. contr.**Bereng. c. 4.**Mabil. ibid.**n. 19. 44. 45.**p. 1094.*

XX 3

Pascha-

(\*) Ex his videmus, Adversarios Paschasi de modo,



Sæculum IX. Paschasius, postquam secessisset, scripsit  
 A. C. 859. librum de vita Walæ, libros quatuor ul-  
*Elog. to. 6.* timos in S. Matthæum, tres alios in Psal-  
*Act. Ben. n. 2.* mum 44. & quinque in Lamentationes  
*Ec. p. 121.* Jeremiæ, nempe dimidiam prope Ope-  
*Sup. §. 8.* rum suorum partem.

*Mabil. præf.* Sub ea quoque tempora scripsit epi-  
*n. 18.* stolam ad Frudegardum, quem Corbejæ  
*Pasch. p.* novæ Monachum fuisse credunt. Is da-  
*1619.* ta ad Paschasium epistola, quæ sibi &  
 quibusdam aliis in Libro de Evcharistia  
 diffici-

\* *Sup. lib.*  
*XLVII.*  
*§. 35.*

modo, quo Christus in Evcharistia existit, non  
 autem de reali præsentia controversiam movisse,  
 ut sup. Lib. XLVII. §. 35. notavi. Ceterum de  
 Libro ipso Paschafii, quem de Corpore & San-  
 guine Domini scripsit, \* Mabilionius in cap. I.  
 Præf. ad Sæc. IV. part. II. hæc habet: Quippe  
*Hiobus Gastus Hagenoensis Paschafii librum, de*  
*quo hic agimus, vulgavit anno millesimo quin-*  
*gentesimo vigesimo octavo, eumque penitus per-*  
*vertere demum ausus est pudendo plane ac dete-*  
*stando facinore. Cum enim Paschasium non mi-*  
*nus Transubstantiationis & Sacrificii, quam*  
*realis Præsentia patronum ubique animadver-*  
*teret, eo processit hominis impudentissimi teme-*  
*ritas, ut non solum integra hujusce libri Ca-*  
*pita expunxerit, verum etiam alia subinde ver-*  
*ba aliasque sententias subornavit intruseritque,*  
*quo Paschasium errori suo patrocinari persua-*  
*deret. &c.*



difficilia intellectu videbantur, exposuit, responditque Paschasius suam sententiam defendens; nimirum, idem esse Jesu Christi Corpus in Evcharistia quod de Virgine natum est, illudque simul Rem ipsam esse & Figuram. *Relege, inquit in fine, librum, quem de hoc argumento edidi; licet enim pueris scripserim, audio tamen, hoc Scripto me complures viros ad comprehendendum hoc Mysterium, atque cogitationes Jesu Christo dignas concipiendas excitasse.* Huic epistolæ illum locum Commentarii sui in Matthæum, quem superius retuli, & quædam alia loca ex Patribus junxit.

Sæculum IX.  
A.C. 859.

## §. LII.

*Tractatus Ratrami de Eucharistia.*

**E**rgo Odomi Abbatis ætate Ratramus Presbyter & Monachus Corbejenfis, hanc provinciam sibi demandante Carolo Calvo, Tractatum de Corpore & Sanguine Domini scripsit, quem ad præfatum Principem direxit. Hujus Libri argumentum ipse Ratramus exponit in hunc modum: *Quærit tua Majestas, an quod in Ecclesia ore Fidelium sumitur, Corpus & Sanguis Christi in Mysterio fiat, an in veritate; id est utrum aliquid secreti contineat, quod oculis Fidei solummodo pateat, an sine cujusque Mysterii ve-*

*Mabil. præf. to. 6. n. 81. 83.*

*Ratram. edit. Paris. 1686. n. 5.*